



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia I. Initivm Euangelij Iesu Christi, sicut scriptum est in Prophetis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

IN EVANGELIVM IE- SV CHRISTI SECVNDVM MARCV M.

RODOLPHI GVALTHERI TIGV-
RINI HOMILIAE.

CAPVT I

HOMILIA I.

INITIVM Euangelij Iesu Christi, filij Dei, sicut scriptum est in
Prophetis.

ICVTI Deus pater humano generi saluatorem dedit, filium suum Iesum Chri-
stum: Ita certos quoque testes constituit, qui salutem illius merito partam mundo pra-
dicarent. Esti vero illi omnes, propter fastum & felix salutis nuntii, Euange-
listae dici possunt, hic tamen titulus ipsi potissimum in Ecclesia tribui consuevit, qui
Christi Iesu incarnati historiam scriptis prodiderunt. Causa eius rei fortasse fuit,
quod qui veri nuntij sunt & fide digni, non rem gestam modo, sed ut gesta sit, nar-
rare solent. At Euangelicae historiae scriptores, quatuor numerantur, duo apostoli, Matthaeus & Ioan-
nes: duo item viri apostolici, sive discipuli Apostolorum, Marcus & Lucas. Nec temere factum pu-
tamus, quod postremi isti Apostolorum adiuncti fuerunt. Ita enim cauere oportuit, ne quis Christi spi-
ritum vel solus Apostolorum datum fuisse, vel saltem in illis cessauisse putaret. Nunc vero omittis alij,
de solo Marco pauca dicitur, cuius historicam de Christo Iesu narrationem, eiusdem Christi gratia
fuit ad Ecclesiae institutionem & Dei gloriam explicare institutum.

Fuit is (ut magno consensu veteres perhibent) Hierosolymitanus ciuis, Mariae filius, quae Lu-
ca De S. Marco. ca. 12. Hierosolymis ecclesiae hospitium praebuit, suamque domum sacris conuentibus dedicauit, quan-
do Herodes suam aduersus Christi discipulos tyrannidem exercuit. Sunt qui tradunt, illum ex LXX. di-
scipulorum numero fuisse, quos Christus praeter Apostolos Euangelij praedicationi destinauit. Con-
stitit enim illum primum Paulum & Barnabam (cuius consobrinum vocat Paulus) secutum fuisse. Coloſſ. 4.
Tandem Petro conuersatus est, cuius & discipulum & interpretem S. Hieronymus nominat. Scri-
psit per hoc (ut plerique veterum testantur) hoc suum opus Euangelicum. Postea in Aegyptum pro-
cessit, genti superstitiosiss. primum Christum praedicauit, & Alexandriae ecclesiam constituit, cuiusque
aetatem Neronis annum (qui a Christi natalibus sexagesimus quartus, & ab eiusdem morte tri-
gesimus numeratur) praefuit. Cum autem Neronis iussu ecclesia passim persequeretur impij, Mar-
cae etiam per urbem vinctus, gloriosam pro Christi testimonio mortem subiuit, & quam viuus
tradiderat doctrinam, sanguinis proprii testimonio confirmauit.

Hic vero nobis obseruanda venit Dei bonitas, qui miseros nos non modo per filium suum redime-
re dignatus est, verum etiam lacum nostrae redemptionis nuntium per idoneos testes in orbe vulgari saluos fieri, &
in ueritate cognitionem ue-
nire. i. Tim. 2.
Deus uult nos
saluos fieri, &
in ueritate cog-
nitionem ue-
nire. i. Tim. 2.

Proponit summam eorum, quae dicturus est. Obscurior autem uidetur Hebraeae linguae ignaris, Propositio.
quando inquit: Initium Euangelij Iesu Christi, filij dei, &c. Potest tamen ita resolui oratio: Expo-
nit Iesu Christi Euangelium, quod ita cepit, sicuti Propheta olim praedixerunt. Vel, cuius initium
& progressus cum praeſcis Prophetarum oraculis per omnia congruit. Et mox Malachiae locum de-
clarat. A quo narrandi initium facit, quia in eo demum Christi negotium cepit, qui non an-
te se mundi redemptorem esse declarauit, quam ipsi per Ioannis praedicationem uia apud homines
preparata esset. Quin ipse alibi inquit: Lex & Propheta usque ad Ioannem, ab eo tempore autem re-

gnum dei annuntiat. Luc. 16. Quia verò de his suo loco agetur, in presenti de tribus dicendum est, quorum mentionem Marcus hisce verbis facit.

I. Primò Euangelij vox occurrit. Quæ à Græcis sumpta, & Latinis quoque scriptoribus proprie bonum latumq; nuntium significat. Quoad verò rem ipsam, ex ipsi Apostolorum scriptura illius definitio peti debet. Paulus ad Rom. se dicens segregatum in Euangelium dei, ait: Quod ante promiserat per Prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo, qui genuit sine semine David, secundum carnem, qui declaratus fuit filius dei, cum potentia, secundum spiritum, & resurrectionis, ex eo quòd resurrexit à mortuis. Et paulò post, Euangelium vocat potentiam dei ad salutem omni credenti. Omnium verò evidentièssimè in posteriori ad Corinth. loquitur, hisce verbis: Omnia ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum, & deditq; nobis ministerium reconciliationis. Quandoquidem deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata sua, & prout fuit in nobis SERMONEM RECONCILIATIONIS. Itaq; nomine Christi legatione fungens, tanquam deo vos obsecrans per nos, rogamus pro Christo (id est, Christi nomine) reconciliamini deo. Et Ioannes Apostolus, testimonium de Christo, quem ipsi viderint & contrèdixit, & vice eorum denuntiationem, vocat Euangelium. Et ergo testimonium bonitatis dei, quo nuntiatum saltem nobis reconciliatum esse, & promissiones patribus olim factas impleuisse, per Christum filium suum, homo factus, causam nostram suscepit, peccatù sua morte expiavit, mortem resurrectione vicè patri reconciliatos, eidem per fidei obedientiam consecrat. Et hæc definitio ipsius & prædicatio, quando. At meminimus, eadem omnino requiri, quando Euangelium omnia eam comprehendere ad nostram salutem faciunt. Porrò hic nobis tria obseruanda veniunt.

Primum, Euangelio testimonij nomen tribui. Ita sanè frequenter illud vocat Ioannes Apostolus, nimirum ad illud Christi respiciens, qui Apostolos suos testes fore dixit. Ioan. 15. Ad hæc hoc doctrine Euangelicæ veritatem & certitudinem, & eos arguit, qui illam in dubium vocant. Peccant illi, non in Euangelij præcones, sed in dei filium, cuius illi ministri sunt. Incommoditatis arguunt (ut Ioannes monuit) quasi is filij sui causam falsis testibus apud homines meruerit. At qui ex legis diuinæ præscripto fidem merentur quicumq; idonei & legitimi testes fuerint. At qui ex legis diuinæ præscripto fidem merentur quicumq; idonei & legitimi testes fuerint, facile locus datur ijs, qui talibus fidem derogare audent. Quentò igitur atrocior eorum audacia, qui à Dei filio productos testes rejiciunt, & ita non tam apostolis quam ipsi Deo iniuriam faciunt, quasi is filij sui causam falsis testimonij fucare voluerit. Sunt isti reuera dæmoni, qui reconciliationem omni excidant, quando sermonem reconciliationis tanta improbitate fastidiunt. Vide Hebr. 10.

Secundo Euangelicæ prædicationis partes, & quomodo illa tradenda debeant, non esse oportet. Nihil minus audiendus erit, qui ab Apostolis iam discessurus, ait: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius penitentiam ac remissionem peccatorum. Comprehendit hæc primò historiam suæ cum passionis tum resurrectionis, ad quam incarnationis suæ mysterium referri debet. Simul verò eiusdem vsus duabus partibus, penitentia & peccatorum remissione, complectitur, & utramque in suo nomine prædicari debere ait, ut qui ipse à patre exsuscitatus est, ut daret Israeli penitentiam & remissionem peccatorum. Et hæc penitentia conuersio totius hominis ad deum, à quo omnes peccando secessionem feceramus. Penitentia nobis omnino opus sit, eandem tamen ex nobis ipsis nunquam præstabitur, quando in peccata concepti & nati sumus, & proinde illius atrocitatem adeò non agnoscimus, ut potius in illius sermone prædicationem omnem collocatam putemus. Cælitus ergo nos innouari oportet, & nonis virtutibus inspicere, quæ per Christum nobis deus confert, in quo se omnia posse Paulus testatur. At quia conuersio hæc, quæ salutem, inutilis esset, nisi deleterentur simul & remitterentur peccata, quibus dei iram iam prædicatam, in Christo simul peccatorum remissionem deus contulit, quam similiter Euangelium nobis annuntiat. Et quia homines indefinenter tentantur, ut vel peccatis sese totos mancipent, aut in peccatis suis de dei gratia desperent, duo hæc inter docendum semper coniungi, nec unquam separari debent. Hinc verò patet, qui nam veri Euangelij præcones sint, & quam errent, qui peccatorum redemptionem ad Euangelij doctrinam minus pertinere dicunt, & qui superstitiosos peccatorum expiationes reprehendi nolunt, quibus homines dementari in suis ipsorum virtutibus atq; meritis quantis, quæ in vno Christo querere oportebat.

Euangelij quid. Rom. 1.
1. Ioan. 1.
Euangelij definitio.
Euangelium testimonij dicitur.
Apoc. 17. 12.
19 & c.
1. Ioan. 5.
Euangelij partes.
Luc. 24.
Act. 5.
Psal. 51.
Ioan. 3.
Philip. 4.

Tertio Euangelij finem, quoad nostrum officium, obseruare conuenit. Est is obedientia fidei, sicut Paulus admonet Rom. 1. & 16. 2. Cor. 10. Vt enim in Christo patientia & remissionem peccatorum predicat: Ita eidem omnes adducit & consecrat, vt in illo sibi viuendum & moriendum esse intelligant. Admonet hoc, vt a nobis Euangelium recipi debeat. Fides exigitur, quia vnum Christum saluare agnoscamus, & quae ex hac promanat obedientia. His vniuersa religio & vniuersa vitia nostra officia continentur, quae omnia ad Christi regulam, quae Euangelio continentur, formari oportet. Primum ergo Euangelici sunt, qui vel in fidei negotio multa Christo coniungunt, per quae illius merito & gloria plurimum decedit: vel vitam suam ita instituunt, vt illos carni potius & diabolo, quam Christo addictos esse constet.

Sed ad Marcum redeamus, qui Euangelium vocat Iesu Christi, filij dei. Ita vero totius negotij Euangelici auctorem, dominum, executorem & fundamentum exprimit. Nam tota salutis ratio, quae Euangelio traditur, in vno Christo continetur, qui traditus fuit propter peccata nostra, & cruciatus est propter iustificationem nostram, qui etiam ad dextram Dei est, & intercedit pro nobis. Rom. 8. 3. Facit hoc multum ad Euangelij dignitatem, & nostrae fidei certitudinem, quando illud non aliquem ex hominibus (quorum omnia decreta manca & instabilia sunt) sed dei filium auctorem habere constat. Et simul arguuntur, qui salutem vel aliquam ex parte extra Christum monstrant. Hi enim non Euangelium Christi Iesu, sed aliud & Apostolorum ipsis incognitum praedicant, & proinde iuxta Pauli sententiam anathema dici merentur. Gal. 1.

Obseruabis autem, Christum a Marco discrete Dei filium dici. Matthaeus Abrahami & Davidis filium vocat, vt eum esse ostendat, qui olim Abrahamo et Dauidi promissus fuit. At Marcus ipsum saluatis fontem proprius attingit, & quasi digito monstrat, quando dei filium esse dicit: non quidem ad gratiam, quales nos sumus ex gratia, nec talem qui aliquando esse coeperit, & proinde patre minor sit, sed verum, germanum, patrique coaeternum atque coessentialem. Neque temere hoc in operis sui initio annotare voluit. Inde enim constat, illum nos saluare potuisse, quando per ipsum omnia sunt condita.

Iste certe Christus suis valedicturus, diuinitatis suae discretam mentionem facit, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Ita nimirum fidem suorum confirmans, ne de salute per ipsum parum quaquam dubitarent. Et Ioannes Apostolus a Christi diuinitate Euangelij historiam orditur, & auctorem circa epistola sua fine, hanc ipsam ob causam diligenter inculcat. Non est ergo, quod illorum deliria audiamus, qui cum Christianissimi veri restitutores dici velint, olim sepultam Arij heresim ex inferis renouant, & de vera atque aeterna Christi diuinitate dubitare docent. Idem enim salutis nostrae fundamenta conuellunt, quando ex scripturis constat, vni & soli deo omnem deberi nostrae salutis & redemptionis gloriam. Interim hoc illis etiam confutandum seruit, qui salutem suam proprijs viribus & meritis tribuunt, aut diuis mediatoribus nituntur, quando ne Christus quidem Saluatoris & mediatoris officio potuisset fungi, nisi idem verus & aeternus fuisset Dei filius.

Postremo Euangelici negotij modum & rationem Euangelista edocet, quando illud ita cepisse dicitur, sicuti olim a Prophetis praedictum fuerat. Videtur autem ijs occurrere voluisse, qui Christi doctrinam, vt nuperam & nouam auersantur. Quia enim nouitas in religione exosa & iniuriosa est. Sicut iam inde ab initio fidem in Christum hoc nomine apud omnes gentes suspectam facere studuit. Et sane suspensa videri poterat illius tum astutia tum audacia, quae tale quid contra eam doctrinam conatus est, quam primis parentibus ab ipso deo traditam esse non ignorauit: nisi nota esset infelix mundi corruptio, quae fit, vt vndique rebellionis occasionem arripiant, quibus alioqui graue & intolerabile videretur, sub dei veri legibus viuere. Poterant hic ea adduci, quae prophetis olim impij veritatis offores obicerent. Sed vnicus Aeternum Apostolicorum liber sufficit, qui non gentes modo, verum etiam Iudeos de Apostolis conquestos esse docet, quod noua dogmata seminarent. Quin ipse Ioan. 8. Christus non semel ad Moysen & prophetas pronocat, eo quod ipsius doctrinam illis repugnare dicerent. Vt ergo Marcus semel omnem nouitatis suspensionem tollat, Euangelium Prophetarum oraculis per omnia consensuente initio statim profertur.

Hic vero obseruandum venit, salutis rationem & fidem, quae Euangelio traditur, omnium vniuersissimam esse. Illius enim summam prima promissio continet, quae semen mulieris caput serpentis conculcaturum pollicetur. Atqui huic illustranda omnes aliae seruiunt, quas Abrahamo, Isacco, Iacob, &

Euangelij finis.

I I. Euangelium Iesu Christi.

Christus Dei filius.

Matth. 28.

I I I. Euangelium per prophetas praemissum.

Fides Euangelii ca omnium vniuersissima. Genes. 3.

Jobo & reliquis patribus deus dedit. Quod si legem spectemus, ipsa quoque penitentia & peccatorum remissionem tradidit, veramque verò in Christo monstrat, quem omnes legales ceremonie quaeque verba deponunt. Prophetam non alia habeat suarum concionum capita. Adhuc Christi Jesu ortu natalis, progressum, miracula, doctrinam, mortem, resurrectionem, ascensionem, Evangelij deinde propagationem, & persecutiones ecclesie, omnemque illius cursum, quem ad finem seculi usque duraturus est, ex ordine describunt. Et id quidem omne ex Spiritus Christi suggestione, sicuti Petrus apostolus monet. Pudeat ergo sue vanitatis eos, qui Evangelij doctrinam hodie novitatis in simulacris rusticis verò nomine venditant superstitiones, quarum auctores, invidia, progressus & incrementum certis testimoniis demonstrari possunt. Piorum verò fuerit, contemptis eiusmodi calumnijs, equitatis constantem tueri, ut tandem superatis huius vitæ molestijs, cum Christo Jesu vivamus, habebitur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

1. Pet. 1.

H O M I L I A I I.

Ecce ego mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto: Parate viam domini, rectas facite semitas eius.

ET si Deus salutis rationem, qua in filio suo Iesu Christo habetur, ab ipsa mundi origine per eum suum multivariam tradiderit, & simul typis legalibus adumbravit: tamen est illius tum ostentiva tum audacia, ut hanc ipsam omnibus seculis novitatis nomine suspectam & suspectam fecerit. Nec mirum videri debet, illius calumnias à Iudeis, qui legali iustitia inflati nihil præterire querebant, & à gentibus veri dei ignavis, admissas fuisse, quando hodie inter Christianos Evangelij doctrina, eo nomine nova & hactenus incognita iudicatur, quod in vno Christo salutem æternam fecit. Causa erroris est, quod plerique negligenter scripturam & sanctorum patrum exempla, quæ in libris scribuntur, ad eos dumtaxat respiciunt, qui illos proximè præcesserunt, quorum fidem admodum confidas esse ducunt: Huic igitur errori, quem etiam Christi & apostolorum temporibus regnum constituit, Marcus ab initio statim sui operis occursum, Evangelij principium & progressum taliter exponit, qualem olim propheta prædixerunt. Quæ verba diligenter tenenda sunt, ut de fidei vestigio vestigium discamus. Vide Ioan. 5. Scrutamini scripturas, &c.

Argumentum presentis loci.

Ceteram eius quod dixit, confirmationem modo subiicit Marcus, dum prophetarum de veteri negotij initio oracula allegat. Paterat autem alius petito principio, multis referre, quæ de Christi conceptione, natiuitate, infantia & educatione propheta vaticinati sunt: sed omisso eo, quæ de Ioanne Baptistâ habentur adducit: eo quod in illo denum Evangelij doctrina promulgata, & in

Deus ecclesiam non gravavit libris inutilibus.

stus mundo solemniter reuelari cepit, ut nuper monuimus. Vbi nobis obseruanda venit. De fidei bonitas erga suam ecclesiam, quam scriptis inutilibus adeo noluit gravare, ut potius filij sui invidiam, & historiam rerum, quas ille totis pendè triginta annis gessit, silentio præteriri voluerit. Quorum pauculis illis contentus, quæ apud Mattheum & Lucam describuntur, in quibus pauca & immaculate conceptionis, vere incarnationis, & diuinitatis irrefragabilia argumenta elucet. Quorum cognitio vi necessaria est, ita paucis istis abundè comprehendendi potuit. Docent hæc, quæ de potestate & futilibus monachorum libris iudices, quos illi de Maria virgine Christi puritate & educatione conscripserunt: quibus satan hoc unum effectum voluit, ut ab ipsi Christiani mentes perperis foribus totum salutiferæ incarnationis Christi negotium Iudeis & Turcis irridendam præpararet. Simul illorum quoque temeritas arguitur, qui vel ipsi curiosus ea scrutantur, quæ scripturæ reticere voluit, vel ecclesijs immani confidentia ea obrudunt, quæ ipsi ex suo cerebro subijci præxerunt. Tutissimum sanè fuerit, si scripturæ sacræ traditionibus contenti, intra Christianam doctrinam meta nostra ingenij curiositatem contineamus.

Porro quo ad Marci contextum, ita argumentari videtur. Propheta Messiam suum Christum præcursores sursum tradidit, qui viam illi præpararet. At præcursores eiusmodi Ioannes Baptistâ